



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Baptistae Mantuani Carmelit[a]e de patientia aurei libri  
tres**

**Baptista <Mantuanus>**

**Dauentrie, 1515**

Venerandus Frater Baptista Mantuanus Carmelita Fra[n]cisco Fa[n]tucio.  
S. P. D.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30534**

Anacephaleosis dictorum, et quod nō recte dicitur a theologia voluntas antecedens et consequens in deo	ca. xvi
Quod et quare deus odio habeat ociosos	ca. xvii
De quatuor nominibus, et primo de morte, cum declaratione dicti Empedoclis de lite et amicitia	ca. xviii
An mors corporis sit naturalis	ca. xix
Opiniones varie de morte	ca. xx
De multiplici genere mortis corporalis, et non esse tempus merendi post mortem	ca. xxi
De multiplici genere mortis spiritualis, cum excusatione Platōis	ca. xxii
De loco damnatorum, qui dicitur infernus	ca. xxiii
Opinio antiquorum gentiliū de inferno	ca. xxiiii
Rōne naturali persuadet omnes immundiciam esse apud inferos	ca. xxv
De beatitudine celestis paradisi, et primo quantum ad partem intellectivam	ca. xxvi
De beatitudine partis sensitivę	ca. xxvii
Quod naturaliter virtus est honoranda, probatur ex consuetudinibus antiquorum	ca. xxviii
De iudicio, et quod Astronomi et doctores, etiā catholici qui tempus iudicii cum predixerunt manifeste delusi sunt	ca. xxix
futurum esse diem iudicii	ca. xxx
De Helia prece carmelitarum ante diem iudicii promittendo	ca. xxxi
De sacra scriptura, et primo cur sit a deo suadibilis	ca. xxxii
Contra philosophos dicentes credere nos scripturę sacrę propter consuetudinem	ca. xxxiii
De multiplici sensu sacrę scripturę.	ca. xxxiiii
Quod et cur scriptura sacra arce comparatur	ca. xxxv
De sanctorum imitatione	ca. xxxvi
De assidua dei deprecatione	ca. xxxvii

**Venerandus Frater Baptista Mantuanus  
Carmelita Franciscus Fatucio. S. P. D.**

**A**rolus Antonius vir clarissimus pater tuus, quod esset bonarum artium studiosus, hominum litteratorum congressibus vivebat assidue, et ex familiaribus eorum colloquiis, se invenire dicebat unicum podagre sue remedium. Itaque ego eo tempore frequenter ad eum, et quod

**A. 11**

cipro

A me

erat in monasterium nostrum bene animatus, et q̄ me (vt scis) precipue diligebat affectu. Ipse autem vt erat ingenio claro ac vegeto, lingua diserta ac eloquenti mox vt consideramus, aliquem ex scriptura sacra (cuius lectione mirifice oblectabatur) locum afferebat, q̄ diutius (sic. n. aiebat) mutuo sermone frueretur, et egritudinis sue tortura minus angeretur. Ego domuz reuersus, si quid aptius dixisse memineram, arrepto calamo, confestim annotabam, memor dicti euangelici. Colligite fragmenta ne pereant, cupidus eram vt sicut ipsi ea que dixeramus adiumenti non nihil attulerant, ita si in scriptis redigerentur ac legi possent, etiam alijs egrotantibus essent aliquando subsidio. Huiusmodi ergo ratiocinationes a me recognitas, et vt edantur in librum, tribus diuisum voluminibus modo redactas tibi restituo, restituo in q̄. quod. n. erat patri donatum, debetur et filio, et enim maxime filio, qui non diuitiarum tantum (vt maior pars hominum) sed qui etiam sicut tu, paternarum virtutum, hęc redem se constituat, vt videatur a parentibus in eum nedum secundum carnem, verum etiam secundum spiritum deducta cognatio. Accipe igitur libellus hunc, et eum successiuis temporibus aliquando relegito, vt vitę huius molestias equanimiter feras, et accendaris alterius vitę maiore desiderio, quo r̄ ad euitandum mortis moerum, et ad huius mortalitatis incommoda perferenda, nullum est presentius maius ve remedium. Viue igitur per quam diutissime, et sic viue, vt semper videare patris vitam et mores emulari, cui ad politicam foelicitatem peripateticorum, id solum dcerat, quod et Metello legimus defuisse, prosperam scilicet corporis valitudinem. Sed haec certe minus est deploranda iactura, ea potissimum ratione, q̄ quantum adimit politicę, tantum addit verę foelicitati, ad quaz nobis aditum patefaciat gratia domini nostri Jesu Christi. Vale